



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Avrea Gemma Christianorvm**

**Ruben, Leonhard**

**Paderbornae, 1604**

LXIV. De 6. Christi verbo Consummatu[m] est.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)

VERITAS. Matth. 27. 48. Et currens  
 currens vnus ex eis acceptam spongiam impleuit  
 aceto, & imposuit arundini, & dabat ei bibere. Marc.  
 15. 36. Currens autem vnus, & implens spongiam  
 aceto, circumponensq; calamo, potum dabat u. di.  
 cens: Sinite, videamus si veniat Elias ad depren-  
 dum eum. Ioan. 19. 28. 29. 30. Postea sciens Iesus  
 quia omnia consummata sunt, vt consummaretur  
 scriptura, dixit: Sitio. Vas ergo erat plenum a-  
 ceti plenum. Illi autem spongiam plenam aceto  
 sopo circumponentes, obtulerunt ori eius. Cum er-  
 go accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum  
 est. Et inclinato capite, tradidit spiritum. Sicut  
 tit Christus, vt potet nos vino compunctionis.  
 Sic Synagoga dat acetum Christo sitienti, quia  
 de petra aqua potauit, & melle saturauit. Nu-  
 mer. 20. 10. 11. Psalm. 80. 17. Et cibant eos ex  
 adipe frumenti, & de petra, melle saturant eos. 1. Co-  
 rinth. 10. 4. Et omnes eundem potum spiritalem  
 biberunt (bibebant autem de spiritali, consequen-  
 te eos, petra: petra autem erat Christus)

## CAPVT LXIV.

De sexto Christi verbo. Consummatum est.

FIGVRAE. I. Compleuit Deus die septi-  
 mo opus suum quod fecerat. Genes. 2. 1. 2.  
 2. Mortuo summo sacerdote homicide  
 profugus reuertitur in terram suam. Numer.  
 35. 31. 32.

3. Mille

3. Misso Iona in mare sedatur tempestas.

Ion. 1. 12. *Tollite me & mittite in mare, & cessabit mare à vobis: scio enim ego quoniam propter me tempestas hac grandis venit super vos. Ver. 15. 16. Et tulerunt Ionam, & miserunt in mare, & stetit mare à feruore suo. Et timuerunt viri timore magno Dominum, & immolauerunt hostias Domino, & vouerunt vota.*

PROPHETIAE. Sap. 4. 13. *Consummatus in breui expleuit tempora multa. Isai. 10. 23. Consummationem enim, & abbreviationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terrae. Vers. 25. Adhuc enim paululum modicumq; & consummabitur indignatio, & furor meus super scelus eorum. Ibidem cap. 25. 8. Precipitabit mortem in sempiternum: & auferet Dominus Deus lacrymam ab omni facie, & opprobrium populi sui auferet de vniuersa terra: quia Dominus locutus est. Thren. 4. 22. Completa est iniquitas tua filia Sion, non addet ultra vt transmigret te: visitauit iniquitatem tuam filia Edom, discooperuit peccata tua. Dan. 9. 24. Septuaginta hebdomades abbreviate sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, vt cōsummaretur prauaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio, & prophetia, & ungetur Sanctus sanctorum. Osee. 13. 14. De manu mortis libera eos, de morte redimam eos, & mors tua o mors, morsus ero tuus inferne: consolatio abscondita est ab oculis meis.*

VERITAS. Matth. 23. 32. *Et vos implete mensuram patrum vestrorum.* Ioan. 11. 51. 52. *Hoc autem à semetipso non dixit: sed cum esset pontifex anni illius, prophetavit quod Iesu moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum.* Ioan. 16. 11. *De iudicio autem: quia princeps huius mundi iam iudicatus est.* Ibidem cap. 19. 30. *Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum est.* Et inclinato capite tradidit spiritum. Apocal. 16. 17. 18. *Exiit vox magna de templo à throno, dicens: Factum est. Et facta sunt fulgura, & motus, & tonitrua, & terra motus factus est magnus, qualis non fuit ex quo homines fuerunt supra terram, talis terre motus sic magnus. &c.* Templum est corpus Christi. Ioan. 2. 19. 20. 21. 22. *Thronus crux Christi in qua fuit inscriptio regni sui.* De terramotu vide infra. cap. 67.

## CAPVT LXV.

*De ultimo verbo Christi. Pater in manus tuas commendo spiritum meum.*

**F**IGVRAE. 1. Noë dimisit columbam quæ redijt paulo post cum ramo viridantis oliuæ, misericordiæ, & pacis signo.

2. Elias cupit tolli animam suam. 3. Reg. 19. 4. *Et perrexit in desertum, viam unius diei, cumq; venisset, & sederet subter unam iuniam*